Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



xiij

Frequo patet magna fidelitas Joab erga David qui a victoriam suo labore procuratam noluit ei ascribi et tulit diadema regum eorum hoc idolis ipsorum qui vocabatur melchon et mitra eorum et impositum est super caput David primo tamen conflavit et purificavit metallum secundum statum legis et postea fecit inde sibi diadema. Et si hic dicatur videtur David fecisse contra legem deuteronomii vno sculptilia eorum igne combures et non concupiscetis aurum et argentum de quibus facta sunt et cetera. Ad quod dicendum quod istud preceptum intelligitur de ciuitatibus et populis qui erant inter filios israel. Ammon terre promissionis quia de eis loquitur sicut patet ibidem. Populus autem ammon inter eos non erat quia contracto inter filios israel promissionis populum quoque eius adducens seruauit quod non est intelligendum de toto ammon inter eos sed de illis solis qui dedicant consilium quod fieret vituperium mutuo suis quia impiat ad bona intentione ad consolationem regum et reddiderunt malum pro bono et ideo noluit contra regem iustitiae facere ne deteriora acceptaret sicut fecit

Factum est autem post hoc quod scripta est transgressio David et eius punitio occulta per pueri mortem hic sequenter eius punitio manifesta et quia peccauerat per homicidium et adulterium. Ideo primo describitur primogeniti sui interfectio sed vxorum suarum coram eo capitulo vnum. Tertio contra eum populi rebellio capitulo xx. Circa primum considerandum est quod primogenito David ostensus est eo quod sorore suam thamar violenter defloranit et ideo primo describitur supracitio sororis ab ammon et concepto rancoris inter de absolon ibi porro non est locutus absolom. Tertio vindicatio pudoris ibi factum est autem. Circa primum de factum est autem post hoc et quia in vindictam peccati David ammon primogenito eius amore illicito exarsit in sororem suam ita quod infirmabatur propter eam quia passiones excessiue amoris odii vel timoris et huiusmodi mirabiliter immutant corpus quia cum esset virgo difficile